TARGUM SEU PARAPHRASIS CALDAICA IN LAMENTATIONES IEREMIAE...

Digitized by Google

Digitized by Google

ORNATISSIMO, DOCTISSIMOQVE VIRO PETRO CASTELLANO MATISCOnum Epiſcopo, & magno Henrici chriſtianiſs. Galliarum Regis ab eleemoſynis Antiſtiti, Io. Quinquarboreus. S.P.D.

Sanctiſſimè ſcripſiſſe mihi videtur, præſul vndecunque doctiſs. Iuſtinus ille Martyr, & philoſophus diuinus in oratione πρὸς Ἕλληνας, nobis bene conſultum eſſe, ne videlicet occaſio aliqua præberet his, quibus contradicendi ſtudium in vſu eſt, contendendi ſacros veteris inſtrumēti libros non ad nos, ſed ad Iehudæos pertinere, ꝓpterea quòd in Synagogis eorum ad hæc vſque tempora adſeruētur, quòd dominns deus, vt illis maleuolis omnis calumniandi anſa auferretur, ſynceritaſque fidei noſtræ magis perſpicua eſſet, voluerit, vt quæ noſtræ religioni vſui ſunt, non ſolùm ex Eccleſia noſtra promeremus, ſed apud Iehudæos cuſtodirentur, vt illorum impudentē perfidiam ſuis ipſorum libris cōuinceremus, & illos, quod aiunt, ſuo gladio iugularemus. Tum his poſtremis temporibus Dei opt. max. ſummo beneficio factum eſt, vt cognitis ipſis natiuis linguis, non riuulos conſectemur, ſed aquam è limpidiſſimis fōtibus hauriamus, ita vt cum noſtræ fidei aduerſarijs linguas callētibus certamen inire poſſimus, ne illis reſpirādi locus, quô effugere poſſint, relinquatur: ad Caldęorum antiquiſſimam linguam, à quibus ipſe veræ theologiæ fons vberrimus, & primus legiſlator Moſes oriundus, me, vt ipſi ſedulò nauarem ope-

ram multùm inuitauit: itidemque fecit Iuſtinus ſuprà à me dictus Martyr, in eadem gentium admonitoria oratione, cùm ait Iohãne Pico Mirandulano ita latinè reddẽte. Reliquum igitur putauerim, vt quæ à vobis priùs acceperam, eadẽ vobis in præſentia referam. Dum enim quiſpiam veſtrũ, vt ipſi dicitis, ab oraculo percuntaretur, quinam olim religioſi viri extitiſſent, in hunc modum oraculum reſpondiſſe fatemini:

Qui per ſe genitum Hebræi coluêre tonantem,
Caldæique ſimul ſophiam, diuináque norunt.

Cap. 3. Quodque Petrus Galatinus vir doctiſs. librorum primo de arcanis catholicæ veritatis de Ionatha & Onkelo, Caldæi qui paraphraſtæ habentur, ita ſcripſit. Per idem ferme tempus, anno ante Chriſti natalem circiter ſecundo & quadrageſimo Ionathas Vzielis filius, Hilleliſque auditor, atq̃ Symeonis iuſti, qui Chriſtum infantulum brachijs ſuſcepit ſuis, condiſcipulus, totum vetus inſtrumẽtum in Caldæam vertit linguam, atque expoſuit: ita ſenſum è ſenſu eliciens, & obſcuriſſima quæq̃ exponens ſenſa, & vocabula, vt quæcunq̃ de Meſia noſtro dubia, & ambiguè ſcripta erãt, certa atq̃ clariſſima reddiderit: adeò vt eius editio non tam interpretatio quàm gloſſema, atque expoſitio videatur: Quam Hebræi תַּרְגּוּם targum id eſt, tranſlationem nuncupant. Tantæque apud eos eſt authoritatis, vt non ſolùm ei contradicere nemo audeat, & nõ minùs quoq̃ fidei q̃ archetypo Hebræo paſſim omnes eidem adhibeant, tum ob viri ſan-

ctitatẽ ac peritiam, tum maximè ob ipſius interpretationis,expoſitioniſque veritatem. Ideo quotieſcunq̃ aliquid ambiguũ, aut difficile intellectu, in textu ſacrorũ librorũ inueniũt,ſemper ad eandẽ tranſlationẽ atq̃ enucleationem recurrũt. Vnde de eodem Ionatha vt in בָּבָא בַּתְרָא legitur, dixerunt magiſtri, qua is hora eidẽ æditioni & expoſitioni vacabat, ſi muſca, aut quodcunque volatile ſuper eum, aut eius chartam aduolitaſſet, illico abſque vlla ipſius viri, aut chartæ in qua ſcribebat, offẽſa, cęlitus exurebatur. Paulò poſt verò de altero Caldæo paraphraſte Onkelo idem ſcribit. Tota ꝓcul dubio Biblia Ionathas, vt ante dixi, tranſtulit: ſed eius tranſlatio in Pentateuchum rariſſima eſt: idcirco ab his qui eam non viderunt, ea eſſe negatur. Ego verò ipſam ſemel vidi, quæ ſic incipit. מִן אֱוָלָא בְּרָא יְיָ יַת שְׁמַיָּא וְיַת אַרְעָא. Ea autẽ quæ Onkeli eſt ſic מִן קַדְמִין בְּרָא יְיָ יַת שְׁמַיָּא וְיַת אַרְעָא. Hic etiam Onkeles tota Biblia in Caldæũ vertit, ac expoſuit. Cuius æditio, atque expoſitio, quãuis nunc præterq̃ in Pentateuchum vix alicubi reperiatur, non minoris tamen apud Iehudæos eſt precij, quàm illa, cuius nunc meminimus, Ionathæ: quam etiã Targum appellãt, quòd Caldaïca quoque ſit, ſicut & illa, & ſi vtraque hebraïcis ſcripta ſit elemẽtis. Editio quoque ipſius Ionathæ in Pſalteriũ penes pauciſſimos eſt, quã qui habẽt, pro viribus occultãt, celantque, propter myſteria Chriſtianæ fidei quæ continet. Hactenus ille. Puto tamen illam in Pſalteriũ quæ à Danielle Bomberga vnà cum magnis

rum hominum.Eſaïæ.XLII. hebraïcè dicitur. הֵן עַבְדִּי אֶתְמָךְ־בּוֹ id eſt, Ecce ſeruus meus quo nitar. Caldęus autem paraphraſtes Ionathas vertit. הָא עַבְדִּי מְשִׁיחָא אֲקָרְבִינֵּיהּ hoc eſt.Ecce ſeruus meus Meſias,adducam eum. Sic apud eundem Eſaiam hebraicè etiã. LII.legitur הִנֵּה יַשְׂכִּיל עַבְדִּי יָרוּם וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד id eſt. Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Quem locum antiqui Hebræi ita intellexerunt. Exaltabitur pluſquàm Abraham,eleuabitur pluſquám Moſes, & ſublimis erit valde pluſquàm angeli.Ionathas autem cald.tranſtulit· הָא יַצְלַח עַבְדִּי מְשִׁיחָא יְרוּם וְיִסְגֵּי וְיִתְקוֹף לַחֲדָא׃ id eſt. Ecce proſperè ſuccedet ſeruo meo Meſiæ, exaltabitur, & amplificabitur, & fortis erit valde. HoſeæIII.cõtextus heb. habet. אַחַר יָשֻׁבוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבִקְשׁוּ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֵת דָּוִד מַלְכָּם וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה וְאֶל־טוּבוֹ בְּאַחֲרִית חַיָּמִים׃ id eſt. Poſteà reuertentur filij Iſrael, & requirent dominum Deum ſuum, & Dauidem Regem ſuum, & pauebunt ad dominum, & ad bonitatem eius nouiſſimis diebus. Quæ Ionathas ita Caldaica lingua dònauit. בָּתַר כֵּן יְתוּבוּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְיִתְבְּעוּן יַת פּוּלְחָנָא דַּייָ אֱלָהֲהוֹן וְיִשְׁתַּמְעוּן לִמְשִׁיחָא בַּר דָּוִד מַלְכְּהוֹן ו וְיִתְנְהוֹן לְפוּלְחָנָא דַּייָ וְסַגִּי טוּבֵיהּ דְּיֵיתֵי לְהוֹן בְּסוֹף יוֹמַיָּא׃ hoc eſt.Poſteà reſipiſcent filij Iſrael, & quærẽt cultum domini dei ſui, & congregabuntur ad Meſiam filium Dauidis Regis ſui, & docebit illos cultum domini, & multiplicabit bonitatem ſuam, quæ illis eueniet in fine dierum.Ieremiæ. XXX. hebraicè ſcriptum eſt· וְעָבְדוּ אֵת יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֵת דָּוִד

 מלכם

מַלְכָּם אֲשֶׁר אָקִים לָהֶם id eſt, Et ſeruient domino deo ſuo, & Dauidi regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Ionathas verò cald. tranſtulit. וְיִפְלְחוּן קֳדָם יְיָ אֱלָהֲהוֹן וּ וְיִשְׁתַּמְּעוּן לִמְשִׁיחָא בַּר דָּוִד מַלְכְּהוֹן דַּאֲקִים לְהוֹן id eſt. Et ſeruient coram domino deo ſuo, & congregabũtur ad Dauidem Meſiam Regem ſuum, quem ſuſcitabo eis. Qui locus profectò de Dauide non poteſt intelligi, cùm ſit habenda ratio temporis, quo vixerit Ieremias Propheta. Ex illis porrò iam dictis ſententijs, alijſque propemodùm infinitis, liquidò conſtat, caldaicam linguam eximiè vtilẽ, & magno eſſe emolumento toti religioni chriſtianæ. Cæterum omiſſis dictionibus, quæ in nouo inſtrumento ſępe occurrunt, quæ (ne fortè neſciat aliquis) omnes ferè caldaicæ ſunt, nuſquã̄q in hebraico contextu inueniuntur: ne prolixior videar, quàm par ſit, pertexens quod modò exorſus ſum, hoc vnum tantùm addam (vt videlicet excitentur noſtræ Chriſtianæ religionis Antiſtites, & principes, apud quos & authoritas, & diuitiæ ſunt, quibuſque à domino demandata eſt prouincia animaduertendi, quæ pro noſtra, & contra noſtram religionem faciant, ne, proh dolor, poſthac diſſimulanter ſinant opera tot illuſtrium virorum Hebræorum, & Caldæorum, quos ſuperiores ætates tulerunt, miſerè cum blattis, & tineis certare, vel ab infidelibus occultari: quin illa extorqueãt ab ipſis fidei noſtrę aduerſarijs, vt ad noſtras omnium perueniant manus) Sanctam ſynodum Viennenſem rectiſſimè ſanxiſſe, vt in celebri

oribus

oribus ſcholis profeſſores linguarũ Hebraicæ, Caldaicæ, & Arabicæ (quas potiſſimùm callent infideles) honeſtis ſtipendiis alerentur. Haud enim obſcurè teſtata eſt illa, linguarum notitiã & cognoſcendæ, & explicãdæ religionis organum eſſe præſtantiſſimum. Non porrò veritus quòd impar omnino ſim huic obeundo muneri, vtilitatem hac in re ſermonis elegantiæ præponendam arbitratus, præſtantiſſime Antiſtes, noſtras has in Targum ſuper lamentationes Ieremiæ prophetæ lucubrationes, cuius author, quiſquis fuerit, profectò vir doctiſſimus fuit, ob id ad te mitto, tibiq́ue nuncupo, quòd cùm harum linguarum peritiam optimè calleas, de his rectiſſimè iudicare potes: & proinde ſi viderint homines docti te, quem omnes ſuſpiciunt, cuiq́ue, propter ingenij præſtantiã, & in omni diſciplinarum genere ſummam eruditionem, peritiſſimi quique tota Gallia facilè cedunt, hos noſtros in Caldæorum linguam labores bono animo accipere, obtrectatoribus os obſtruatur. Vale. Lutetiæ ex noſtro muſeo, anno Chriſtianæ ſalutis 1549 menſe Aprili.

TARGVM SEV PARAPHRASIS CALDAICA IN LAMENTATIONES IEREMIAE PROPHETAE, *nunc primùm latinitate donata, Io. Quinquarboreo Aurilacenſi Interprete.*

VERSIO EX CALD.

Cap. I.

DIXIT IEREMIAS propheta, et Sacerdos eximius, quõ talis lata eſt ſentẽtia aduerſus Ieruſalem, & aduerſus populum eius, vt exiliis multatus fuerit, & maculam nomini inuſtam deplorarit? Vt multati fuerũt Adam & Eua, qui eiecti fuerunt de horto voluptatis, plangente domino mundi, fœlicitatem illorum. Quemadmõdum mitiùs in iudicando cum illis actum eſt, ita vt dixeris te doluiſſe grauitatem illius culpæ, quæ erat in [a] eius corde: ſic etiam reſpice eam, quæ in ſolitudine tãquam vir [b] ſaucius habitat, quem cõſtituunt in penetralibus, vt tranquillitate fruatur: ciuitas enĩ quæ exaltata fuerat apud populos, & principes in prouinciis, quæ ei, quòd ſub illius ditione eſſent, tributa honorifica pendebant, & ad hæc munera illius ciuibus ſingulatim dabant, quæ plena fuit cœtibus, & populis multis, euacuata eſt illis, ac facta ſimilis viduæ.

VETVS AEDITIO.

Cap. I. א

QVOMODO SEDET ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gẽtium? Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

EX CALD.

Miſſi à Moſe propheta exploratores ſunt, vt explorarent terram, qui reuerſi, vbi

retu

V. AEDI. ב

Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eiꝰ in maxillis eiꝰ: non eſt qui conſoletur eam

ex omni-

V. AEDI.

ex omnibus charis eius: omnes amici ei⁹ ſpreuerunt eã, & facti ſunt ei inimici.

EX CALD.

retuliſſent mali aliquid de terra Iſrael, fuit autem hoc renũciatum nocte nona dierum Ab, populus domus Iſrael audito nuncio illo malo quod retulerant de terra Iſrael, intenſa voce nocte illa fleuit: vnde ſtatim in eos exarſit ira domini, ita vt eadẽ ipſa nocte decreuerit dominus, fore vt exularent ipſi, quando deſolaretur domus Sanctuarij: propterea enim dictũ fuit in prophetia Ieremiæ prophetæ eximij, fore vt deſolaretur Ieruſalem à Nebucadnetſar impio, niſi illos pœniteret,[c] venitque ſtatim, qui argueret populum domus Iſrael, ſed recuſarunt audire verbũ illius, & propterea venit Nebucadnetſar impius, qui deſtruxit Ieruſalem, domumque Sanctuarij inſtar clibani ſuccendit, nona dierum menſis Ab: quo(die) certè adeò plorauit Synagoga domus Iſrael, vt fluxerint lachrymæ illius per maxillas eius, neque fuit, quod illam benè ſperare iuſſerit, ex omnibus idolis eius, quodque ciues illius conſolando ſequutum fuerit, interim dum exularent: itaque omnes fœderati illi cõdemnantes illam, verſi ſunt in capitales hoſtes.

Ab noſti plur. reſp.

Num 16. c

Hoſe Idol. tores tur.

V. AEDI. 3

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinẽ ſeruitutis: habitauit inter gẽtes, nec inuenit requiẽ: omnes perſecutores eius apprehenderũt eã inter anguſtias.

EX CALD.

Abiit domus Iehuda in captiuitatem, eò quòd afflixerit pupillos, & viduas, & propter duram ſeruitutem, qua premebant fratres ſuos filios Iſrael, qui venundati fuerant illis: ancillas, & ſer-

EX CALD.

uos ſuos, qui erant de ſemine Iſrael, in libertatem non aſſeruerant, qui propterea nõ traditi fuerunt in manus [d] populorum, cùm Synagoga domus Iehuda habitauerit in medio populorum, nec ei ſeruitutis duræ, qua oppreſſa fuit, intermiſſio vlla contigerit: omnes quoquè quicunque perſecutores eius erãt, illam in ſcelera prolapſam inter terminos apprehenderunt, & aflixerunt.

EX CALD.

Tantiſper dum ſtaret Ieruſalem, renuerunt Iſraelitæ aſcẽdere Ieroſolymam, vt cõparerent coram domino tri-
16.*b.* busvicib' quotannis, quare propter iniquitates ipſius Iſraël, euerſa fuit Ieruſalẽ, & luctuoſæ ſunt viæ Tſion, ꝙ non ſit, qui ad illam veniat tempore ſtatarum feriarum: omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius ingemiſcẽtes,
16.*f.* quòd ceſſauerint oblationes, virgines eius plangentes, eò
13.*b.* quòd deſierint egredi decimaquinta dierum Ab, & in die expiationũ, quæ eſt decimo dierũ menſis Tiſri, & ad mercatũ in nũdinis: & ipſi Ieruſalem eſt amaritudo cordis valde.

V. AEDI. ד

Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem: omnes portæ ei' deſtructæ, ſacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

Tiſri ũm no ptẽbri let.

EX CALD.

Conſtituti fuerunt illi hoſtes in capita, & inimicis proſperè ſucceſſit, quoniam cõtriuit illã dominus. Ad multitudinem [e] amaritudinis illius, infantes eius iuerunt in captiui-

V. AEDI. ה

Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in capti-

V.AEDI.

ptiuitatem ante faciem tribulantis.

EX CAL.

captiuitatem coram hoſte.

V.AEDI. ו

Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius. Facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequẽtis.

EX CALD.

Et egreſſus eſt à Synagoga Tſion omnis ſplendor eius, principes eius oberrarũt propter cibum, quẽadmodum cerui, qui in deſerto errant, neq̃ inuenerunt locũ aptum pro paſcuis ſuis, ſed abierũt fractis viribus, ita vt in illorum poteſtate nullo modo ſitũ fuerit fugam capere, qua liberarentur ab hoſte.

V.AEDI. ז

Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ, & prę uaricationis: omnium deſyderabilium ſuorũ quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus ei⁹ in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius.

EX CALD.

Recordata eſt Ieruſalem dierum antiquorum, quibus poſſidebat munitiones, & arces, præuaricationis etiam, & dignitatis excellentiæ in toto terrarum orbe, expetibiliumq́ue ſuorum, quæ poſſederat ipſa à diebus antiquis: propter ſceleſtũ facinus enim venit populus eius in manus ipſius Nebucadnetſar impij, qui afflixit illum, neque eſt qui auxilium præſtet illi: viderunt illam hoſtes, cùm iret in captiuitatẽ, riſerũt illius fœlicitatẽ, qua iam priuata erat ipſa.

V.AEDI. ח

Peccatum peccauit Ieruſalẽ, propterea inſtabilis facta eſt: omnes

EX CALD.

Graue ſcelus commiſit Ieruſalem, idcirco inſtabilis facta

cta eſt: omnes populi, qui illam honore anteà affecerāt, pro conſuetudine habuerūt illam vilem dicere, quòd vidiſſent illius turpitudinem: profectò ipſa gemebunda facta eſt, & conuertit ſe retro.

omnes qui glorificabant eā, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autem gemens, & conuerſa eſt retrorſum.

EX CALD.

Sordes [h] ſanguinis menſtrui illius in fimbria eius, non purgauit ſe ab illa, nequè cō ſyderauit peccatum ſuum: non etiam animaduertit ea, quæ ventura erant cōtra illam in fine [i] dierū, nam deſcendit, ac corruit, non ſine admirationibus, nequè fuit, qui conſolaretur illam: vide domine, & reſpice, contemplans quòd extulerit ſe ſuper me hoſtis.

V. AEDI.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, nō habens conſolatorem. Vide domine afflictionem meā, quoniā erectus eſt inimicus.

EX CALD.

Manum ſuam extendit Nebucadnetſar impius, & educens gladium ſuccidit elegantia quæque illius. Cœpit autem tunc vlulare Synagoga domus Iſrael, quādo vidit populos barbaros aſcendiſſe domum ſanctuarij illius, cùm præceptum eſſet à Moſe Propheta de Ammonitis, & Moabitis, ne ſinerēt, vt ingrederentur in congregationem tuam (domine).

V. AEDI.

Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſyderabilia ei⁹: quia vidit gentes ingreſſas ſanctuariū ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent in eccleſiam tuam.

V. æd

V. AEDI. כ

Omnis populus ei⁹ gemẽs, & quærens panem dederũt precioſa quæque pro cibo, ad refocillandum animam. Vide domine, & conſydera, quoniam facta ſum vilis.

EX CALD.

Omnis populus ipſius Ieruſalem ſuſpirãs præ fame, & quærens panem, vt comederet, dedit deſyderabilia ſua pro nutrimento panis, ad conſeruãdam [k] animam: vide domine, & contemplans reſpice, quòd fuerim [l] edax.

V. AEDI. ל

O vos omnes qui tranſitis per viam, attẽdite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor me⁹: quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt dominus in die iræ furoris ſui.

EX CALD.

Adiuro vos omnes, qui prę teritis viam, vt huc diuertatis. Contemplamini, & videte, ſi ſit dolor, ſicut dolor me⁹, quo affecta ſum ego: nã diſturbauit me dominus, in die excandeſcentiæ iræ ſuæ.

V. AEDI. מ

De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſũ: poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam.

EX CALD.

De cœlis miſit ignem in caſtella mea fortiora, & ſubegit illa, expandit retia pedibus meis, vt obuerterem ceruicem fecit hoſtis, dedit me, vt ſim vaſtata, omni tempore abiecta, & eneruis.

V. AEDI. נ

Vigilauit iugum iniquitatũ mearum: in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus

EX CALD.

Aggrauatũ eſt iugum præuaricationũ mearum in manu eius, inuolutæ ſunt tanq̃ frondes vitis, aſcenderũt ſuper

Digitized by Google

per collum meum, corruit robur meum, tradidit me dominus in manus, è quibus non poſſũ ego ſurgere.

tus mea: dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere.

EX CALD.

Congregauit omnes fortes meos domin' in medio mei, aduenit ſtatutũ tempus cõtra me, ad conterendum exercitum meorum iuuenum bellatorum: ſiquidem aſcenderũt populi iuxta verbi domini decretum, & ſtuprum intulerunt virginibus domus Iuda, quarũ ſanguis perinde effuſus eſt, atque diffluit muſtum ex torculari: quãdo enim conculcãdo comprimit aliquis vuas, ſolent illæ muſtum emittere.

V. AEDI. ם

Abſtulit omnes magnificos meos dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt cõtereret electos meos: torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.

EX CALD.

Propter infãtes qui alliſi ſũt, & propter grauidas mulieres, quarum vteri aperti fuerunt, dixit Sinagoga Iſrael, ploro ego: ãbo quoquè oculi mei lachrymas effundunt inſtar fontis aquarum, quòd elõgatus fuerit à me conſolator, qui dulciter[m] conſolando animam meam cõſeruabat me: deſolati ſunt filij mei, quoniam ſuperauit illos hoſtis capitalis.

V. AEDI. ע

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia lõgè fact' eſt à me cõſolator cõuertens animã meã: facti ſũt filij mei perditi, quoniã inualuit inimicus.

EX CALD.

Expandit Tſion manus ſuas præ anguſtiis, quemadmodum

V. AEDI. פ

Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam: manda-

V.AEDI.	EX CALD.
mandauit dominus aduerſũ Iacob, in circuitu ei' hoſtes eius, facta eſt Ieruſalẽ quaſi polluta menſtruis inter eos.	dum expandere ſolet illas mulier propter partum clamans, & non eſt,[n] qui conſoletur eam: ſanxerat dominus domui Iacob prçcepta,

& legem, quam obſeruarent, ipſi verò mandatum diuinũ transgreſsi ſunt: quamobrem circundati fuerunt in Iaacob vndique hoſtibus ſuis, & facta eſt Ieruſalem ſimilis mulieri menſtruo inquinatæ inter illos.

V.AED. ꝟ	EX CALD.
Iuſtus eſt dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obſecrò vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.	Oraculo[o] ediderat domin' populo domus Iſrael ne[p] exercitum colligeret, venit tamen Ioſias Rex prælium cõ mittens cum Paraone claudo in cãpo megiddo, quẽ, eò quòd non mandatum illi fuerat, & non conſuluerat

diuinum oraculum, iaculatores tandem ſagittis impetẽtes adeò vulnerarunt, vt ſemimortuus Rex, labia vix mouens dixerit, iuſtus dominus, quoniam verbum illius tranſgreſſus ſum. Audite nunc ómnes populi lamentũ, quo lamentatus eſt Ieremias propter Ioſiam, & videte dolorem meũ, qui accidit mihi: poſt mortem illius virgines meæ, & electi iuuenes mei abierunt in exilium. 2.Par. 35.d.

V.AEDI. ꝑ	EX CALD.
Vocaui amicos meos, ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe cõ ſumpti	Dixit Ieruſalem, poſtquam tradita fuit in manus Nebucadnetſar, vocaui amatores meos

EX CALD

meos ex populis, quibuſcũ fœdus pepigeram, vt mihi ſuppetias venirent, ſed ipſi fefellerunt me. Cõuerſi ſunt ad interemptionem meam ipſi Romani, qui venerũt cum Tyto, & Veſpaſiano impio, & applicuerunt calybea tormenta bellica contra Ieruſalem. Sacerdotes mei, & ſenes mei, in medio ciuitatis expirauerunt, cùm quærerent pro cibo, panis nutricationem, vt conſeruarent animam.

V. AEDI.

ſumpti ſunt, quia quęſierũt cibum ſibi, vt refocilarent animam ſuam.

EX CALD.

Intuere domine, quoniam ita perturbauit me (hoſtis) vt cõcitata ſint viſcera mea, ſubuerſum ſit cor meum in medio mei. Quoniã trãſgrediendo tranſgreſſa ſum decretum verbi domini, propterea certè tantumdem extra fuit vaſtationis gladij, & intus terroris famis, quaſi nũtius interitus, quo deſtinati eſſent ad mortem (adeſſet).

V. AEDI. ר

Vide domine quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniã amaritudine plena ſum: foris interficit gladius: & domi mors ſimilis eſt.

EX CALD.

Intellexerunt populi me gemebundã eſſe, & tamen non eſt, qui conſoletur me. Omnes hoſtes mei audierũt malum, quod accidit mihi, lętati ſunt, quòd tu ille ſis domine, qui feceris: venire feciſti contra me diem vltionis, conuo-

V. AEDI. ש

Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fiet ſimiles mei.

Ex cald.

EX CALD.

conuocaſti contra me multitudinē [a], ad perdendū me: ita quoq̄ cōuoces cōtra illos, vt perdant ipſi, queādmodū ego.

V. AEDI. ת

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos, ſicut vīdemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

EX CALD.

Veniat in die magni iudicij omne malum illorum, quo affecerunt me, coram te, & animaduertas in illos, [t] quē admodum propter multa grauiſsima ſcelera mea animaduertiſti in me, quandoquidē adeò auxerūt gemitus meos, vt cor meū euanidū ſit.

In caput primum paraphraſis.

Scholia.

A. Mulierem Euam uidetur intellexiſſe, quia Caldaicum relatiuum eſt fœmininū. B. Qui enim ſaucij, uel ægroti ſunt, in domus ſecretioribus partibus reponi ſolent, ne tumultum aliquem, ſtrepitumue audiant. C. q.d. Non defuerunt illis prophetæ, qui eos cōmonefacerēt, ut 2. Paralip. 36. c ſcriptum eſt. D. 4. Reg. 24. & 25. ſcriptum eſt, pauperes non actos fuiſſe in exilium, ſed relictos fuiße in terra Iehuda. E. q d. Tanta fuit illius clades, ut etiam infantes eius acti fuerint in exilium. F. Caldaicè. Dierum antiquorum quibus ei erat habitatio in munitionibus, fortibuſque arcibus. G. Metonymicòs loquitur. H. Oſtendit audacem peccandi Iehudæorum impudentiam, ducta metaphora ab impudēte muliere menſtruo ſanguine infecta, quæ in fimbriis ueſtis ſuæ illum circūferre publicè non ueretur. I. Id eſt. Tandem, poſtquam enim lento gradu diuina proceſſiſſet ira, pœnas ſui ſceleris luit magna mortaliū admiratione. K. Anima pro uita ſæpe etiam in hebræo ſumitur. L. q d. Quòd aliàs optimè curauerim cuticulam. M. cald. Qui conſeruabat me, & loquebatur conſolationes cum anima mea. N. Cald. Et non eſt, qui loquatur conſolationes ſuper cor illius. O. q. d. Commonefecerat dominus per Pharaonem Necho regem Aegipti (qui mißus à domino erat contra Aßyriorum regem) Ioſiam, ne arma contra illum ſumeret, cui credere nolens Ioſias, collecto exercitu occiſus fuit à Pharaonis iaculatoribus. 2. Par. 35. d. P. Cald. Ne traduceret gladio percutientes per terram ſuam. Q. Quaſi dicat. Vt deſtiterit nimia ægritudine ſuo fungi munere cor meum. R. q. d. Lætati ſunt, quando uiderunt, quòd ubi deſtitiſti tuo nos fauore proſequi (cùm tantiſper dum noſtras tuereris partes non poßent) nos debellauerint. S. Id eſt. Hoſtium numeroſum exercitum. T. Cald. Quemadmodum ſuper omni multitudine præuaricationis meæ.

EX CALD.

QVo modo contriuit dominus in furore iræ ſuæ Synagogam ipſius Tſion! deiecit è [a]cœlo in terram gloriam Iſrael, vt non recordatus fuerit domus Sanctuarij, quæ [b]ſcabellum pedũ illius erat, nec illius miſertus fuerit, in die iræ ſuæ.

V. AEDI. א

Quomodò obtexit caligine in furore ſuo dominus filiam Sion, proiecit de cœlo in terrã inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui.

EX CALD.

Succidit dominus, nec pepercit omni ornamento Iacob, deſtruxit in excandeſcentia ſua, munitiones Synagogæ domus Iehuda, ſoloque æquauit: prophanauit regnũ, quòd trucidarit [c]principes eius.

V. AEDI. ב

Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

EX CALD.

Confregit in furore iræ omne pretioſum ipſius Iſrael, retraxit dexteram ſuam, & nõ auxiliatus eſt populo ſuo cõtra capitalem hoſtẽ, quin exarſit in domũ Iacob tanq̃ ignis, qui inflammatus cõſumit circumcirca.

V. AEDI. ג

Confregit in ira furoris omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & ſuccẽdit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

EX CALD.

Tetendit arcum ſuum, & direxit

V. AEDI. ד

Tetendit arcum ſuũ quaſi inimi-

Digitized by Google

V. AEDI.

inimicus, firmauit dexterã ſuam quaſi hoſtis, & occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filię Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

EX CALD.

direxit contra me ſagittas, tanquam capitalis hoſtis ſtetit à dextera ipſius Nebucadnetſar, & auxiliatus eſt illi, perinde ac ſi hoſtis fuerit populi ſui Iſrael: perdidit enĩ omnes adoleſcentes, & quęcũque oculo expetibilia erant in tabernaculo Synagogæ Tſion: effudit (quaſi) cum lampade ignem irę ſuæ.

V. AEDI. ה

Factus eſt dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius, diſſipauit munitiones ei', & repleuit ĩ filia Iuda humiliatũ & humiliatã.

EX CALD.

Hoſti capitali ſimilis fact' eſt dominus, perdidit Ieruſalem, perdidit omnia palatia eius, euertit omnes vrbes præſidij eius: auxit quoque Synagogæ domus Iehuda mœrorẽ & triſtitiã.

V. AEDI. ו

Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuũ, obliuioni tradidit dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris ſui regem & ſacerdotem.

EX CALD.

Nam eradicauit tanquam hortum domum ſanctuarij ſui, deſtruxit locum deſtinatum ad expiationem populi ſui: virorum dei in Tſion gaudium (nempe) dies ſolẽnes, & ſabbathũ: trãſtulit etiam in furore iræ ſuæ regem, 4.R & ſacerdotem magnum. 25.i

V. AEDI. ז

Repulit dominus altare ſuum

EX CALD.

Oblitus eſt dominus altaris ſui,

EX CALD.

ſui, apertè contempſit ſanctuarium ſuum, tradidit ipſi hoſti capitali muros palatiorum, vocem ediderũt in domo ſanctuarij domini, ſimilem voci populi domus Iſraël orantis in medio illius, in die Paſchatis.

V. AEDI.

um, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manus inimici muros turriũ eius, vocẽ dederunt in domo domini, ſicut in die ſolẽni.

EX CALD.

Conſtituit dominus ſolo ęquare murum Synagogæ Tſion, extendit perpendiculum ſuũ, & non retraxit manũ ſuam à deſtructione: itaque fleuit[d] antemurale, & mur', vn'a (eñ) euerſa fuerũt.

V. AEDI. ח

Cogitauit dominus diſsipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manũ ſuã à perditione: luxitq; antemurale, & mur' pariter diſsipat' eſt.

EX CALD.

Demerſæ ſunt in terrã portæ eius, propterea immolarunt * porcum, & effuderunt ex ſanguine illius ſuper illos: diſperdidit, & perfregit limina eius: Rex eius, & princi pes eius iam exularant inter gentes, eò quòd non cuſtodiuiſſent verba legis, neque paruiſſent illi, ſicut in monte Sinaï: prophetis eius etiam ablatus fuit ſpiritus prophetiæ ſanctæ, & non (vltra) commiſſum fuit illis verbum prophetiæ à domino.

V. AEDI. ט

Defixę ſũt in terrã portę ei': perdidit & contriuit vectes eius, regem eius, & principes eius in gentibus: non eſt lex, & prophetę ei' nõ inuenerunt viſionem à domino.

EX CALD.

Sederunt in terra taciturni ſenes

V. AEDI. ,

Sederunt in terra, conticuerunt

V.AEDI.

runt ſenes filiæ Sion: cõſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerũt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

EX CALD.

ſenes cõgregationis Tſion, ſuperpoſuerunt cinerem ex incẽdio capitibus ſuis, pro ima tunica ſaccis vſi ſũt: depoſuerũt vſque ad cinerẽ terrę capita ſua [f] virgines Ieruſalẽ.

V.AEDI. כ

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſũ eſt in terra iecur meum ſuper contritionẽ filiæ populi mei: cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.

EX CALD.

Deficiebant præ lachrymis oculi mei, concitata erãt pręcordia mea, effundebatur in terrã iecur [g] meum, propter contritionem congregationis populi mei, cùm ſiti perirẽt paruuli, & lactentes in plateis ciuitatis.

V.AEDI. ל

Matribus ſuis dixerunt, vbi eſt triticum, & vinum? cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

EX CALD.

Matribus ſuis dicebant infantes Iſrael, vbi eſt frumentum, & vinum? cùm deficerent veluti gladio confoſſus præ [h] ſiti in plateis ciuitatis, cùm effunderetur anima ipſorum præ fame, in medium ſinum matrum ſuarum.

V. AEDI. מ

Cui comparabo te? vel cui aſsimilabo te filia Ieruſalẽ? cui adæquabo te, & conſolabor te virgo filia Siõ? Magna

EX CALD.

Qua in re iuuabo te? quid aſſimilabo tibi cõgregatio Ieroſolymitana? Cui æquabo te, vt ſolatio aliquo luctum tuum

EX CALD.

tuum leuem, virgo congregationis Tſion? Quoniam tanta eſt afflictio tua, quãta eſt fractio fluctuum magni maris, quando procellis agitatur, quis (quęſo) ille erit medic⁹, qui medebitur malo tuo?

V.AEDI.

gna eſt enim velut mare, cõtritio tua: quis medebit᷑ tui?

EX CALD.

Pſeudoprophetæ, qui apud te erant, prophetauerũt tibi falſum, nulliuſque momẽti fuerunt prophetiæ illorũ, quandoquidem non prædicarunt vltionem, quæ ventura erat ſuper te propter ſcelus tuum, vt reducerẽt te ad pœnitentiam: ſed perperã prędixerunt tibi prophetiam, & verba erronea.

V.AEDI. נ

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebãt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

EX CALD.

Comploſerunt manus ſuas propter te omnes prætereũtes viam, ſibilauerunt labiis ſuis, & mouerunt capita ſua propter Synagogã Ieruſalẽ, dicendo, illa iſta eſt ciuitas, de qua dixerũt maiores noſtri antiquitùs, quòd ipſa eſſet cõſummatio pulchritudinis, & decoris, gaudium omnium habitatorum terræ.

V.AEDI. ס

Plauſerũt ſuper te manibus omnes tranſeũtes per viam: ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem. Hęccine eſt vrbs, dicẽtes, perfecti decoris, gaudiũ vniuerſæ terræ?

EX CALD.

Aperuerunt ſuper te os ſuũ omnes hoſtes tui, ſibilauerunt

V.AEDI. פ

Aperuerunt ſuper te os ſuũ omnes inimici tui: ſibilauerunt

V.AEDI.	EX CALD.
runt & fremuerunt détibus, & dixerunt, Deuorabimus: en iſta eſt dies quam expecta bamus,inuenimus,vidimus.	runt labiis ſuis, & fremuerũt dentibus dicẽtes, perdamus: ꝓculdubio hæc eſt dies, quã expectabamus, inuenimus, vidimus.

V.AEDI. ע	EX CALD.
Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonẽ ſuũ quẽ præceperat à diebus antiquis: Deſtruxit, & non pepercit, & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.	Fecit dominus quod cogitauerat, [k]impleuit verbũ ſuum, quod pręceperat per Moſem prophetã à diebus antiquis, nempe ſi non ſeruarent filij Iſrael mandata domini, futurũm vt de illis pœnas ſumerẽt: deſtruxit, & ſeueritatis ſuæ exemplum edidit. [l]Exhilarauit ſuper te capitalem hoſtem, quòd inimicos tuos honorabiles reddiderit. *Deut 28.b*

V.AEDI. צ	EX CALD.
Clamauit cor eorum ad dominũ ſuper muros filię Sion. Deduc quaſi torrentem lachrymas, per diẽ & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.	Clamauit cor illorum corã domino, qui [m] dilexerat (aliquãdo) propter illos elegantem murum Tſion, ſtilla inſtar torrentis lachrymas die ac nocte, ne faciendo ceſſare orationem tuam, quæras [n] remedia angoribus tuis, neque flere deſinat oculus tuus.

V.AEDI. ק	EX CALD.
Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum effunde ſicut aquam cor tuũ ante conſpectum domini: leua ad eum	Surge Synagoga Iſrael, quę ſeruis [o] ſeruitutẽ, da operam [p] cæremoniis legis in nocte, quoniam remanet coram te diuina

EX CALD. | V. AED.

diuina maieſtas, verbis etiã legis in ortu auroræ:effunde ſicut aquam peruerſitatem cordis tui,illudq; ad pœnitẽtiam reducito: ora etiam in eccleſia contra iram dei, leua ad illum ſupplex manus tuas propter animam paruulorum tuorum, qui fame defecerũt in capite omnium platearum.

eum manus tuas pro anima paruulorum tuorũ qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

EX CALD. | V. AEDI. ר

Vide domine, & reſpice de cœlis cõtemplans, quem ſic dolore affici voluiſti: an vidit (aliquis) filias Iſrael comedere fructus vterorũ ſuorum,paruulos ſuas delicias, qui adhuc pannis inuoluti erant? ipſius enim (domini) ſermo, qui talis eſt, iudicij pondus aggrauauit: perpende, an occidendus eſt in domo ſanctuarij ſacerdos, & propheta,quemadmodum interfecerunt Zachariam filium Iddo ꝗ ſacerdotis magni, & prophetæ fidelis in domo ſanctuarij,in die expiationũ,eò quòd redarguiſſet illos,ne facerent malum coram domino?

Vide domine & conſydera quem vindemiaueris ita.Ergò ne comedẽt mulieres fructum ſuum,paruulos ad mẽſuram palmæ, ſi occiditur in ſanctuario domini ſacerdos & propheta?

EX CALD. | V. AEDI. ש

Iacuerũt in terra per plateas, paruuli, & ſenes, qui cubare ſolebãt ſuper turgidos, & eminẽtes puluinos, ſuperque eburneos lectos: virgines meæ,

Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui: percuſsiſti, nec miſertus

V.AEDI.

ſertus es.

EX CALD.

meæ, & iuuenes mei gladio corruerunt, occidiſti in die iræ tuæ, mactaſti, & non miſertus es.

V.AEDI. ה

Vocaſti quaſi ad diem ſolennem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.

EX CALD.

Reſpice populum tuum, domum Iſrael petentem libertatem per ꝛ Meſiam, ſicut feciſti per Moſem, & Aharon in die paſchatis: quoniã collecti fuerunt pueri mei vn- (Exod. 12.d)
dique, vbicunque diſperſi eſſent, in die furoris iræ tuæ domine: profectò nullum fuit effugium, nullæque reliquiæ ſunt eorum, quos pannis inuolueram: etiã quos enutriueram in regum deliciis, hoſtes mei capitales perdiderunt illos.

In cap. ſecundum paraphraſis Scholia.

A. q. d. Ab alto dignitatis, & honoris gradu dimouit Iſrael. B. Eſaiæ. 6. a. ſecundum hebræũ eſt. Et fimbriæ eius replebant templum. C. Ieremiæ. 25. b & . 39. b. ſcriptum eſt. Sedeciæ regis filios, & principes, coram ipſo, iuſſu regis Nebucadnetſar iugulatos fuiſſe, illumque excæcatum duabus catenis uinctum perductum fuiſſe Babylonem, ubi coniectus fuit in carcerem. D. q. d. Antemurale, & murus dirutus antea tutiſſimus, multos ad luctum excitauit. Vel eſt Proſopopœia, id eſt, perſonæ fictio, qua ad maiorem commiſerationem, tribuit ſenſum rei inanimatæ. E. Cùm omnis porci uſus Leuitici. 11. Iehudæis eſſet prohibitus, quòd immundum eſſet animal porcus, ut. 1. Machabæorum. 1. ſcriptum eſt, nõ ſolùm fiebant ſacrificia ex carnibus ſuillis, uerumetiam cogebantur uel mori, uel ueſci immundis carnibus Iehudæi. Vide etiam ſecundum Machabæorum. 6. & . 7. Porrò fieri poterat, ut in deriſum Iehudæorum, Iehudæi ipſi à Barbaris ſanguine porcorum conſpergerentur, quòd fortè ſcirent ſanguinis, uel olei & ſanguinis conſperſione, in holocauſtis Moſem uſum fuiſſe in Sinai Exodi. 24. b. & Leuitici. 8. F. Quæ (ſi dictionem בְּתוּלְתָּא liceat comprehendi in dictione בְּנַת) florẽte Iehudæorum regno ſuperbè, extento collo, nutibus oculorum, & plaudendo incedebant, ut Eſaias tertio capite teſtatur. G. q. d. Tanto dolore, & triſtitia propter tantam meorum cladem afficiebar, ut ita prope exangue uideretur corpus meum, atque ſi hepar meum, quod eſt

officina ſanguinis, deſinens ſuo officio fungi, ſanguinem in terram effunderet. H. Supple. Bello in hoc ulcere tanquam unguis exiſtente. I. q. d. Nullus, præter dominum, à quo magno tuo malo defeciſti, ſi ad illum cum fide & pœnitentia redeas. K. Cald. Cõſummauit uerbum oris ſui. L. q. d. Anſam, & occaſionem præbuit hoſti tuo lætandi, quod triumpharit ille de te. M. Non enim loci gratia gentem, ſed gentis gratia locum elegerat dominus ut. 2. Machabæorum 5. c. ſcriptum eſt. Patitur etiam Caldæa dictio, ut ita uertas uerſum hunc. Clamauit cor illorum coram domino, ut miſereretur illorum, O elegãs murе Tſion ſtilla inſtar torrentis. &c. ut ſequitur in uerſu. N. Cald. Ne des conſolationem doloribus tuis. O. Cald. Habitans in captiuitate. P. hoc ad ſeruitutem Babylonicam, quo tempore uigebat lex Moſis, referto quanuis Caldæus paraphraſtes hoc ad cæremonias Talmudicas uideatur, ex dictione מִשְׁנָה qua hic uſus eſt, referre. Q. Vt ex. 4. Reg. 11. & . 12. colligere licet, Iehoiada, quem hic Iddo uocat Caldæus Paraphraſtes, Iehudæorum ſummus fuit pontifex. Ille Mathei. 23. d. Barachias appellatur. Pater autem illius fuit Zachariæ, qui ut. 2. Paralip. 24. f. ſcriptum eſt, lapidibus obrutus fuit in atrio ædis domini. Non enim, cùm ſit habenda ratio temporis, eſſe potuit Zacharias ille, cuius hodie extat prophetia, nam ille qui ſub Ioa rege paſſus eſt, longè ante templi primi deſtructionem occiſus fuit: ille uerò cuius habemus prophetiam, poſt deſtructum primum templum redux ab exilio Babylonico, adhortatus eſt cum Aggæo propheta populum ad templi reædificationem: ut 1. Eſræ. 5. a. & Zachariæ. 1. a ſcriptum eſt. Neque ex ſcriptura liquet, quomodo ille mortuus fuerit. Ad hæc reclamarent antiquorum hebræorum commentarij, & traditiones, in quibus, ſi qua illis habenda eſt fides, aſſeuerant uſque ad aduentum Nebuzardan Regis Babylonici militum præfecti, ſanguinem Zachariæ inſtar ollæ aqua plenæ igne ſuppoſito efferbuiſſe: quem cùm animaduertiſſet Nebuzardan, iam facta ab illo magna ſanguinis Iehudæorum effuſione, à ſenioribus, qui aderant, tandem tormentis propoſitis ut faterentur, quid hoc eſſet, extorſit (dicebant enim anteà, ſuorũ nolentes fateri ſcelus, ſanguinem eſſe ſacrificiorum, quod falſum, ex diſsimilitudine quæ erat illius ſanguinis cum ſanguine ſacrificiorum, omnino comprobatum eſt) ſanguinem eſſe Zachariæ prophetæ, quem miſerè, quòd illorum redargueret ſcelera, trucidarant. Quod ubi reſciuit Nebuzardan, Senatores omnes magnæ Synagogæ, quæ Ieroſolymis erat, illoſque, qui in qualibet Iehudæorum ciuitate erant, cum iuuenibus, uirgibus, & literatis omnibus, capite truncari iuſsit: neque ceſſauit ſanguis ille feruere, donec Nebuzardan tæduerit occiſionis. R. Hoc ad exilium Babylonicum referendum cum noſter nundum ueniſſet Christus.

Digitized by Google

CAP. III.

V. AEDI. א

EGo vir videns pauperta-
tem meam in virga indi
gnationis eius.

EX CALD.

EGo vir qui vidit afflictio
nem in virga caſtigatio-
nũ, in indignatiõe [a] eius.

V. AEDI. א

Me minauit, & adduxit in te
nebras, & non in lucem.

EX CALD.

Me [b] accepit, & ire fecit in te
nebras, & non in lucem.

V. AEDI. א

Tantum in me vertit, & con
uertit manũ ſuam tota die.

EX CALD.

Profectò in me cõuerſus eſt,
conuoluit texturam ſuã to-
ta die ſuper me.

V. AEDI. ב

Vetuſtam fecit pellẽ meam,
& carnem meam, contriuit
oſſa mea.

EX CALD.

Senuit caro mea magis quã
vlceroſis, & pellis mea, ma-
gis quàm pellis vtris: contri-
uit oſſa mea.

V. AEDI. ב

AEdificauit in gyro meo, &
circundedit me felle & labo
re.

EX CALD.

[c] Extruxit contra me muni-
tiones, & circundedit ciuita
tem: eradicauit etiam [d] duces
populorũ, & defecerunt illi.

V. AEDI. ב

In tenebroſis collocauit me,
quaſi mortuos ſempiternos.

EX CALD.

In tenebroſum [e] carcerẽ col-
locauit me, ſicut (collocant)
mortuos, qui [f] dieb⁹ ſuperio
ribus vixerunt.

V. AEDI. ג

Circũædificauit aduerſum
me, vt non egrediar: aggra-
uauit

EX CALD.

Occluſit (foris fores) poſt
me: adhęc, vt non exeam, cõ *Iere.*
pedibus *52.b.*

EX CALD.	V.AEDI.
pedib' æneis aggrauauit pedes meos.	uauit compedem meum.
EX CALD.	V.AEDI. ג
At ſi clamem, & ſupplicem, [g]excluditur oratio mea.	Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam.
EX CALD.	V.AEDI. ג
Intercluſit marmoreis lapidib' politis, aditum meum, clauſæ fuerunt ſemitæ meæ.	Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit.
EX CALD.	V.AEDI. ד
Vrſus inſidiãs factus eſt mihi, (&) leo abſconditus in latibulo.	Vrſus inſidiãs factus eſt mihi: Leo in abſconditis.
EX CALD.	V.AEDI. ד
Vias [h] meas ſpinis obduxit, & ſcidit me, æquauit me vaſtitati.	Semitas meas ſubuertit, & confregit me, poſuit me deſolatum.
EX CALD.	V.AEDI. ד
Tetendit arcũ ſuum, & propoſuit me tanquam ſcopum ſagittæ.	Tetẽdit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.
EX CALD.	V.AEDI. ה
Miſit in renes meos ſagittas pharetræ ſuæ.	Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.
EX CALD.	V.AEDI. ה
Fabula fui omnibus prædatoribus populi mei, cantauerunt ſuper me tota die.	Factus ſum in deriſum omni populo meo, cãticum eorum tota die.
Satiauit	Repleuit

V.AEDI. ה

Repleuit me amaritudinib', inebriauit me abſynthio.

EX CALD.

Satiauit me felle colubrorũ, inebriauit me abſynthio.

V.AEDI. ו

Et fregit ad numerum dẽtes meos, cibauit me cinere.

EX CALD.

Contudit etiam lapillis dentes meos, depreſsit me in cinere.

V.AEDI. ו

Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum.

EX CALD.

Et depulit, ne peteret pacẽ, animam meam, oblitus ſum beneficentiæ.

V.AEDI. ו

Et dixi, Periit finis meus, & ſpes mea à domino.

EX CALD.

Tunc dixi periit robur meũ, & bonum, quod expectabã ab ipſo domino.

V.AEDI. ו

Recordare paupertatis & tranſgreſsionis meæ, abſynthij & fellis.

EX CALD.

Recordabor afflictionum animæ meæ, & quàm duriter tracter ab hoſtibus meis, nam potum dederunt mihi abſynthium, & fel colubrorum.

V.AEDI. ו

Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

EX CALD.

Recordando recordabitur, & orabit ſuper me anima mea, propter afflictionem.

V.AEDI. ז

Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo.

EX CALD.

Hanc conſolationẽ reuocabo ad mentem meam, propterea ſperabo.

EX CALD.

Bonitas domini (eſt) quòd non defecerint, quòd nõ imminutæ ſint miſerationes eius.

V. AEDI. ח

Miſericordiæ domini quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

EX CALD.

Noua multa edit quotidie miracula, magna eſt[k] fides tua.

V. AEDI.

Noui diluculo, multa eſt fides tua.

EX CALD.

Pars mea dominus, dixit anima mea, proptereà ſperabo in eum.

V. AEDI. ח

Pars mea dominus, dixit anima mea: proptereà expectabo eum.

EX CALD.

Bonus dominus ſperãtibus in redemptione eius, animæ quæ ſcrutatur doctrinam illius.

V. AEDI. ט

Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.

EX CALD.

Bonum eſt ſperare, & ſilere, donec veniat liberatio domini.

V. AEDI. ט

Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare dei.

EX CALD.

Bonum eſt viro illi, ſi aſſueuerit anima eius ferre iugũ mãdatorum, à pueritia ſua.

V. AEDI. ט

Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.

EX CALD.

Habitabit[l] in ſolitudine, & ſilebit, feretq;, quæ accidẽt, calamitates: adhæc confugiet

V. AEDI. י

Sedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.

Ponet

EX CALD.

giet ad [m]nomē domini, quando acciderit, vt propter pecca tum aliquod graue à ſe commiſſum, hoc in mundo pœnas luat, donec miſerebitur illius, illudq; auferat ab eo, & eum hılari excipiat vultu in ſæculo venturo (dominus.)

V. AEDI. י

Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.

EX CALD.

Ponet in puluerem [n] os ſuũ, ſeque proſternet coram domino ſuo, ſi fortè ſit ſpes.

V. AEDI. י

Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.

EX CALD.

Exhibebit percutienti illum genam, præ timore domini ſaturabitur opprobrio.

V. AEDI. כ

Quia non repellet in ſempiternum dominus.

EX CALD.

Certè [o]opera ſua non deſeret dominus, inæternũ tradēdo illa in manum hoſtiũ ſuorũ.

V. AEDI. כ

Quia ſi abiecit & miſerebitur ſecũdum multitudinem miſericordiarum ſuarum.

EX CALD.

Nam ſi initio afligat, poſteà tandem conuertitur, & pro abũdātia bonitatis ſuę proſequitur ſuo fauore iuſtos.

V. AEDI. כ

Nō enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum.

EX CALD.

Siquidem propterea quòd non humiliat vir animā ſuā, neq; deponit ſuperbiā cordis ſui, inter homines affligitur.

V. AEDI. ל

Vt cōtereret ſub pedib⁹ ſuis omnes vinctos terræ.

EX CALD.

Deprimere, cōterere, ſub pedibus ſuis ſupprimere om-

EX CALD.

nes vinctos terræ.

EX CALD.

Labefactare etiam viri pauperis iudicium propter potẽtis præſentiam:

V.AEDI. ל

Vt declinaret iudicium viri in cõſpectu vultus altiſsimi.

EX CALD.

Pauperem hominem etiam in cauſa ſua opprimere, fieri non poteſt, quin coram domino manifeſtetur.

AEDI. ל

Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, dominus ignorauit.

EX CALD.

Quis homo dixit, quòd ingruerit calamitas in mundum, niſi eò quòd fecerint (homines) quæ non præcipiuntur à domino?

V.AEDI. מ

Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, domino non iubente?

EX CALD.

Non egreditur ab ore Dei malum, niſi propter fallaces ſermones, & iniquitates, quibus plena eſt terra: quando tamen præcantur, in mundo vt proſperè ſuccedat, ab ore [p] ſanctitatis progreditur.

V.AEDI. מ

Ex ore altiſsimi non egrediẽtur nec mala nec bona?

EX CALD.

Cur diuitias inuenit homo, quibꝰ ꝗ abutatur diebus vitæ ſuę? Vir malus in ſcelere ſuo?

V.AEDI. מ

Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?

EX CALD.

Scrutemur,[r] ac pueſtigemus vias noſtras, reuertamurque per pœnitẽtiã ad dominum.

Leuemus

V.AEDI. נ

Scrutemur vias noſtras, & quęramus, & reuertamur ad dominum.

Leuemus

V.AEDI. נ

Leuemus corda noſtra, cum manibus ad dominum in cœlos.

EX CALD.

Leuemus cor noſtrum ſyncerè, à manibus noſtris rapinā, & iniuriā proiiciam⁹, & reuertamur ad dominū deū noſtrū, cuius maieſtas in cœlorum altitudine (habitat.)

V.AEDI. נ

Nos iniq; egimus, & ad iracūdiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.

EX CALD.

Nos rebelles fuimus, prçuaricati ſumus, & ob id, ꝙ nō coluerim⁹ te, tu nō pepciſti.

V.AEDI. ס

Operuiſti in furore, & percuſsiſti nos: occidiſti, nec pepereiſti.

EX CALD.

Operuiſti nos ira, & nos exilio perſequutus es, trucidaſti ſine miſericordia.

V.AEDI. ס

Oppoſuiſti nubem tibi, nec tranſeat oratio.

EX CALD.

Operuiſti nubib⁹ gloriæ tuę cœlos, ne tranſeat ad te oratio noſtra.

V.AEDI. ס

Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum.

EX CALD.

Vagos, & errabūdos poſuiſti nos inter populos.

V.AEDI. פ

Aperuerūt ſuper nos os ſuū omnes inimici noſtri.

EX CALD.

Aperuerūt cōtra nos os ſuū capitales omnes hoſtes noſtri, iniqua decreta cōtra nos decernentes.

V.AEDI. פ

Formido & laqueus facta eſt nobis, vaticinatio & contritio.

EX CALD.

Terror, & timor īuaſit nos, ex illis (inquam decretis) tre

EX CALD.

mor, & ærumna (nobis.)

V. AEDI.

tritio.

EX CALD.

Inſtar riuulorum aquarum excuſsit oculus meus lachrymas, propter contritionem congregationis populi mei.

V. AEDI. פ

Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in cõtritione filię populi mei.

EX CALD.

Oculus meus ĩſtillat lachrymas, nequè flere deſinet, eò quòd non ceſſet tribulatio mea, neque ſit, qui [s] me conſoletur.

V. AEDI. ע

Oculus meus afflict⁹ eſt, nec tacuit, eò quòd non eſſet requies.

EX CALD.

Donec de cœlis contempletur, & videat dominus calamitatem meam.

V. AEDI. ע

Donec reſpiceret & videret dominus de cœlis.

EX CALD.

Moleſtus adeò fuit flet⁹ oculi mei, vt noceat animæ meę, propter deſolationem prouinciarũ populi mei, & deturpationem filiarum Ieruſalem vrbis meæ.

V. AEDI. ע

Oculus meus deprædat⁹ eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

EX CALD.

Inſtructis inſidiis [t] aucupati ſunt me tanquam auem inimici mei, ſine cauſa.

V. AEDI. צ

Venatione ceperũt me quaſi auem inimici mei gratis.

EX CALD.

Detruſerunt in foueam vitã meam, & iecerunt [u] lapidem in me.

Inunda-

V. AEDI. צ

Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerũt lapidẽ ſuper me.

Inunda-

V.AEDI. צ

Inundauerũt aquæ ſuper caput meum, dixi, Perij.

EX CALD.

Inundauerunt aquæ ſuper caput meum, dixi, de mundo excifus ſum.

V.AEDI. ק

Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouiſsimo.

EX CALD.

Confugi ad nomen tuũ domine, de lacus profunditate.

V.AEDI. ק

Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus.

EX CALD.

Orationem meam tunc audiuiſti, itaque nunc ne abſcõdas aurem tuam, quin recipias orationem meam, vt reſpirare me facias, propter petitionem meam.

V.AEDI. ק

Appropinquaſti in die quãdo inuocaui te: dixiſti, Ne timeas.

EX CALD.

Accedere feciſti * legatũ pro liberatione mea, in die quo exoraui te, ore tuo dixiſti, ne metuas.

V.AEDI. ר

Iudicaſti domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

EX CALD.

Defendiſti domine per miniſtros cauſam animæ meæ, liberaſti de manu illorum vitam meam.

V.AEDI. ר

Vidiſti domine iniquitatem illorũ aduerſum me: iudica iudicium meum.

EX CALD.

Vidiſti domine apprehẽſionẽ, qua apprehenderunt me, iudica iudicium meum.

V.AEDI. ר

Vidiſti omnẽ furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum

EX CALD.

Manifeſta tibi eſt oĩs vltio illorũ, (&) ſcelerata ſtudia om-

EX CALD.	V.AEDI.
omnia illorum contra me.	aduerſum me.
EX CALD.	V.AEDI. ש
Audiuit maieſtas tua opprobria illorũ domine, ſceleratos omnes conatus illorum contra me.	Audiſti opprobria eorum domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me.
EX CALD.	V.AEDI. ש
Labia inſurgentium in me, & meditationes illorum cõtra me tota die,	Labia inſurgẽtium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die.
EX CALD.	V.AEDI. ש
Seſsionẽ eorum, & [y] erectionem eorum contẽplare, ſum ego carmen illorum.	Seſsionem eorum & reſurrectionem eorũ vide, ego ſum pſalmus eorum.
EX CALD.	V.AEDI. ת
Rependes eis retributionem malam domine, iuxta opera manuum ſuarum.	Reddes eis vicem domine, iuxta opera manuum ſuarũ.
EX CALD.	V.AEDI. ת
Dabis eis vexationẽ cordis, & afflictio tua fatigabit illos	Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.
EX CALD.	V.AEDI. ת
Perſequêris eos in ira, delebis eos de ſub altitudine cœlorum [x] domini.	Perſequêris in furore tuo, & conteres eos ſub cœlis domine.

In cap. tertium paraphraſis
Scholia.

A. Secundum hebræos, eius, relatiuum eſt uel ad iram dei, uel ad hoſtem. B. Ieremiæ. 20 a. & 38. b. uidere licet Ieremiam in carcerem fuiſſe detruſum: quare non ineptè capitis huius bona pars uel ad Ieremiam, uel ad alium quemuis Iehudæũ exulem, atque extorrem à ſolo patrio

trio referri poteſt. C. poteſt hic uerſus cum nonnullis ex ſequentibus commodè ut Ieremiæ. 39.b.& .52.a.ſcriptum eſt, ad Sedeciam regem referri. D. Caldaicè. Capita. E. q. d. non minus obſcurus erat carcer, in quem fui detruſus, quàm ſint mortuorum ſepulchra. F. Cald. qui ætate alia ambulantes fuerunt. G. Caldaicè. Clauſa eſt domus orationis meæ, id eſt, hebetes, & obtuſas habet aures, ne meam orationem recipiant. H. Aptè uerſus iſte cum ſequentibus aliis nõnullis, referri poteſt per proſopopœiam ad deſolatam Ieruſalem. I. Verti etiam poteſt caldaica dictio אֶדְכַּר *per recordatus ſum, uel recordare. K. Id eſt, magnum, & tutiſsimum eſt in te credere, & à te pendere. Verti etiam poteſt caldaica dictio, magna eſt* הֵימָנוּתָךְ *fidelitas tua. Id eſt. Adeò ueraciſsimus es in promiſsionibus tuis, ut quidquid ſcripturis tuis promiſeris, certò facias, & præſtes. L. q. d. Secũ habitabit. M. Iuxta illud prouerbiorum. 18. b. Turris fortiſsima nomen domini, ad ipſum currere ſolet iuſtus, & exaltatur N. Id eſt. Submiſsè de ſe ſentiet. O. Cald. Opera domini mortales omnes uocat. P. Cald. Sanctitatem deum uocat. Q. q d. cùm, ut modò dictum eſt, quidquid ingruit mali nobis à domino, propter peccata noſtra fiat, perque nos ſtet, quominus reconciliemur deo, à quo bona procedunt omnia: quare non benè utimur dotibus, quibus à deo dotati ſumus? R. Id eſt, cõſyderemus opera, & mores noſtros corruptos, & deprauatos. S. Cald. Loquens conſolationes mihi. T. Vt Ieremiæ. 37. c ſcriptum eſt, Ieremiæ prophetæ hæc omnia acciderunt. Lege etiam eiuſdem caput. 38. V. Fieri potuit, ut dum apprehenderetur Ieremias, iecerint in eum lapides: cæſus enim detruſus fuit in carcerem. X. Per legatum. ſiue nuntium illum, uidetur intellexiſſe Abde-melec Aethiopem eunuchum, qui à rege Sedecia miſſus, Ieremiam è lacu extraxit. Ieremiæ. 38. c. Y. Id eſt. Vides, quòd tum quando ſedebant, tum quando ſtabant, ego materia canticorum illorum fuerim. Z. In Caldæo, ut in hebræo eſt antecedens pro relatiuo, nempe domini, ideſt, tuorum.*

CAP. IIII.

V. AEDI. א

Quomodò obſcuratũ eſt aurũ, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearũ!

EX CALD.

Quomodò obſcuratũ eſt aurum domus ſanctuarij, mutata eſt forma eximij palatij, effuſæ fuerũt [a] margaritæ ſacrę per capita omnium platearum!

V. AEDI. ב

Filij Siõ inclyti, & amicti auro primo quomodo reputati ſũt in vaſa teſtea, opus manuum

EX CALD.

Filij Tſion inclyti, qui forma ſua ſimiles [b] erant auro puro, quomodo [c] obſcurati ſunt,

Digitized by Google

EX CALD.	V.AEDI.
ſũt profani eos percuſſerũt in cubilibus ſuis: ex illis etiam	nuum figuli?

nonnullos, quòd eis delectationi eſſent,[d] contemplati ſunt, propter illorum formam egregiam: comparati porrò ſunt uaſis[e] teſtaceis, operibus manuum figuli.

EX CALD.	V.AEDI. צ
Fuerunt etiam filiæ Iſrael deliciæ filiis populorum, qui comparandi ſunt[f] draconibus extrahentibus mãmas ſuas: nam enutriuit congregatio populi mei victos crudelibus, & lamentãtur ſuper illos matres illorum, ſicut ſtruthiones in deſerto.	Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.

EX CALD.	V.AEDI. ד
Adhæſit lingua infantis palato ſuo prę ſiti, paruuli petiuerunt panem, nec fuit, qui illis porrexerit.	Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius: in ſiti paruuli petierũt panem, & non erat qui frangeret eis.

EX CALD.	V.AEDI. ה
Qui opiparè epulabantur, vaſtati ſunt ĩ plateis, qui educati fuerãt in coccinei coloris pãno, amplexati ſũt ſtercora.	Qui veſcebãtur voluptuosè, interierũt in viis: qui nutriebãtur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

EX CALD.	V.AEDI. ו
Grauior certè fuit culpa cõgregationis populi mei, quã culpa Sodomæ, quæ quaſi momẽto euerſa fuit: nõ enim in	Et maior effecta iniquitas filię populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento, & non cœperunt

Digitized by Google

V.AEDI.

runt in ea manus.

EX CALD.

in illa habitauerant prophetæ, qui prophetauerint, vt illam reducerent ad pœnitentiam.

V.AEDI. ו

Cādidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.

EX CALD.

Candidiores erant Nazarei ei⁹ niue, nitebāt prę lacte, rubebāt ſpecie prę margaritis, ſicut g ſaphirus vult⁹ illorū.

V.AEDI. ח

Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & nō ſunt cogniti in plateis, adhæſit cutis eorum oſsibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

EX CALD.

Nigreſecit præ h nigredine exilium formā illorum, non cogniti fuerunt in plateis, adhæſit eorū cutis oſsibus, aruit, et facta eſt quaſi lignū.

V.AEDI. ט

Meliùs fuit occiſis gladio, q̃ interfectis fame: quoniam ipſi extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

EX CALD.

Fœliciores fuerunt interfecti gladio fame peremptis, nam occiſi gladio fluxerūt, quando confoſſa fuerūt prę cordia illorum, poſteà q̃ i comediſſent ex agrorum prouentibus, & euaſiſſent famem illorum viſceribus propinquam, propter cibi (inopiam quæ fuit.)

V.AEDI. י

Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in cōtritione filiæ populi mei.

EX CALD.

Manus mulierum, quę ſolét erga calamitoſos miſericordes eſſe, coxerunt infantes ſuos, fuerunt nutrimento illis, tēpore ruinæ qua vaſtata

EX CALD.

eſt congregatio populi mei.

EX CALD.

Compleuit dominus furorem ſuum, effudit ſuper Ieruſalem iram furoris ſui, ardẽtem facem attulit in Tſion, & deuorauit fundamẽta ei⁹.

V. AEDI. כ

Compleuit dominus furorẽ ſuum, effudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignẽ in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

EX CALD.

Regna terræ, omneſque habitatores orbis non credidiſ
4. reg. ſent, quòd veniret Nebũcad
24. c netſar impius, & Nebuſardã
4. reg. hoſtis capitalis, ad occiden-
25. b dum populũ domus Iſrael intra portas Ieruſalem.

V. AEDI. ל

Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederet̃ hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem.

EX CALD.

Facinoris grauitatem moderauit, quòd dicere poſsit (aliquis) non acciderunt hęc omnia, niſi propter illi⁹ malas prophetias, prophetauerant enim illi (pſeudoprophetę) mendaces prophetias: propter etiam ſacerdotum eius nequitiã, qui Idolis aromatum ſuffimenta offerebant: illi profectò in cauſa fuerunt effundẽdi [k] iuſtorum ſanguinem, in medio illius.

V. AEDI. מ

Propter peccata prophetarũ eius, et iniquitates ſacerdotũ eius, qui effuderũt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

EX CALD.

Vagati ſunt cęci per plateas, inquinati ſunt ſanguine gladio confoſſorum, propterea enim

V. EDI. נ

Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt ſanguine: cumque non poſſent intrare, tenue-

V.AEDI.	EX CALD.
nuerunt lacinias ſuas.	enim q̃ videre non poterãt, inficiebant veſtimenta ſua.
V.AEDI. ד	EX CALD.
Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite,abite,nolite tangere: iurgati quippe ſunt & commoti: dixerunt inter gentes, Non addet vltra vt habitet in eis.	Fugite à [l] pollutione,clamabãt (inuicẽ)populi, diſcedite, diſcedite,nolite illos tãgere,abominabiles q̃ppe erãt, & vagi: dicebant, dũ illis ſecundę res eſſent,quòd eos in exilium agere gentes nunquam molirentur.
V.AEDI. פ	EX CALD.
Facies domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt, neq; ſenũ miſerti ſunt.	A facie domini amãdati fuerunt,non addet,vt illos reſpiciat,quamobrem populi impij vultum ſacerdotum non reueriti ſunt, grauitatiq; ſenum non pepercerunt.
V.AEDI. ע	EX CALD.
Cùm adhuc ſubſiſteremus defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad gentem,quę ſaluare nos non poterat.	Adhuc deficiebant oculi noſtri intuendo ad auxilium noſtrum, quod expectabamus à Romanis, [m] ſed vanũ nobis fuit, quòd de ſpecula noſtra attentè proſpexerimus ad Romanos, nos enim non liberabit populus ille.
V.AEDI. צ	EX CALD.
Lubricauerunt veſtigia noſtra	Collocarũt in ſidias inſemitis

EX CALD.

tis noſtris, vt incedere non liceat confidenter per plateas noſtras, diximus, appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quoniam aduenit exitus noſter.

V.AEDI.

ſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter, cōpleti ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

EX CALD.

Velociores fuerūt perſequutores noſtri aquilis cœli, ſuper mōtes ĩſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

V.AEDI. ק

Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

EX CALD.

Ioſias rex, qui nobis tanquã anhelitus ſpiritus vitalis, qui fit per nares noſtras, amabilis erat, & vnctus [n] fuerat ſecundum menſuram vnctionis domini, interceptus fuit retibus aſtutiarum ipſorum Aegytiorum: de quo dicebamus, in vmbra iuſtitiæ illius viuemus inter [o] populos.

V.AEDI. ר

Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus.

EX CALD.

Exulta, & gloriare conſtantina ciuitas Idumeæ impiæ, quæ ſita es ĩ Armenia regione, in turmis multis Idumęorum: profectò futurum eſt, vt veniat ſup te vindicta. Te quoquè vaſtabunt ô prouincia Parcauæorum, & abominã dus

V.AEDI. ש

Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

Digitized by Google

EX CALD.

dus calix maledictionis ſuper te erit, inebriaberis, & euacuaberis (vomitu).

V. AEDI. ת

Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

EX CALD.

Tādem etiā cōpleta erit iniquitas tua ſynagoga Tſiō, liberaberis enim per manus Meſiæ, [p] & Eliæ ſacerdotis eximij, & non addet dominus fore, vt vltrà exules tu.

Cæterum illo tempore viſitabit iniquitates tuas Roma impia, quæ ædificata es in Italia, & plena es Idumæorum cœtibus, ſiquidem venient perſæ, qui perturbabūt, vaſtabuntque te, quoniam cognita es coram domino propter peccata tua.

In cap. quartum paraphraſis
Scholia.

A. *Per margaritas ſacras, ſiue ſanctas, lapides precioſos omnes, quibus ornatum fuerat templum, intelligit.* B. *Caldaiſmus, id eſt, Qui pulcherrima erāt forma, ſiue pulchra pulchritudine.* C. *Id eſt. Quomodo uultum mutauerunt.* D. *Caldaicè. Et ex illis contemplati ſunt etiam, quos pepererant mulieres pulchros ad delectationem illorum.* E. *q d. Quòd citò forma pereat.* F *Cōfert crudelitatem hoſtium cum feris: nam per drocones feras omnes intelligit, quæ quando catulos habent, mammas habent pendulas, & tractas, ſuntque tunc rapaciores, magisque famelicæ. Vel per dracones uidetur gentiles intellexiſſe, quibus nutrire fructus ſuos accidebat, non autem Iehudæis mulieribus: ut ex duobus mox ſequentibus uerſibus liquidò conſtat, propter alimenti & lactis in mammis mulierum defectum, aut quòd qui iam adulti eſſent, uincti in exilium coram parentibus crudeliter agerētur.* G. *Ob multam illorum puritatē.* H. *Id eſt. Deformes, horridi, atquè tabe ſquallidi omnino effecti ſunt in exilio.* I. *Cald. Ex quo cōediſſent de agri prouētu, exſufflaſſéntque famem, & c.* K. *Supple. Dei ueri legem callentiū, ne illorum ab illis deprehenderetur & detegeretur, error, & fucus, quem faciebant populo.* L. *Id eſt, cauete, ne (ſi eos tetigeritis) cùm inquinati ſanguine ſint, ab illis infiſiciamini.* M. *Attingere uidetur bella, quæ Iehudæis illata fuerunt à Demetrio, Alexandro, & Tryphone, poſtquam ictum eſſet fœdus à Iehudæis cum Romanis, à quibus non adiuti uidentur fuiſſe ex lib. Machabæorum. Lege ab 8. capite primi machabæorum ad finem uſque libri, & uarias uidebis à Iudæis clades ſuſceptas.* N. *Hoc loco per unctum ſecundum menſu-*

ram unctionis domini,intellige,legitimè.ſecundum canones & ritus ſacros regem creatum, nam ungi ſolebant ueteris legis reges omnes,quando creabantur. Eſt *autem caldaiſmus*.O. Inter *populos dicit, quòd undiquáque eſſent* Iud*æi gentibus circundati,à quibus regnante* Ioſia, *tuti erant*.P. Hoc *ad tempus quo erit unum ouile,& unus paſtor,quando* Iſrael *reliquiæ ſaluæ fient,referendum.*

ORATIO IEREMIAE.

CAP. V.

EX CALD.

Recordare domine eiꝰ, quod decretum eſt fore nobis, contemplare de cœlis, & reſpice opprobrium noſtrum.

V.AEDI.

Recordare domine q̄d acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum.

EX CALD.

Hęreditas noſtra verſa eſt ad profanos, domus noſtræ ad populos barbaros.

V.AEDI.

Hęreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domꝰ noſtræ ad extraneos.

EX CALD.

Similes ſumꝰ pupillis patre orbatis, matres noſtræ tanquã viduæ, quia abierũt mariti illarum ad ciuitates [a] maritimas, dubiumque illis eſt, an poterunt illi emergere.

V.AEDI.

Pupilli facti ſumus abſq; patre: matres noſtræ quaſi viduæ.

EX CALD.

Aquam noſtrã pecunia bibimus, ligna noſtra pretio (tantum ad nos) veniunt.

V.AEDI.

Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus.

EX CALD.

Supra nodũ colli noſtri, cũ in exiliũ furoris Nebucad-

netſar

V.AEDI.

Ceruicibus noſtris minabamur: laſsis non dabatur requies.

V.AEDI.

quies.

EX CALD.

netſar impij iremus,[b]onerati fuimus: ingenuis filiorũ Iſrael,qui vacui profiſciſcebantur,præcepit,vt conſuerent libros legis, ex illiſque facerẽt ſaccos,quos lapillis implerẽt, qui in Euphratis ripa (inueniuntur) ac illis ceruices illorum onerauit. Ab illo profectò tempore nulla nobis fuit oculis requies.

V.AEDI.

Aegypto dedimus manum, & Aſſyriis: vt ſaturaremur pane.

EX CALD.

Aegypto præbuimꝰ[c] humeros,vt illic cibaremur,et Aſſyriæ,vt pane ſaturaremur.

V.AEDI.

Patres noſtri peccauerũt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.

EX CALD.

Patres noſtri peccauerunt, & ipſi in mundo non ſunt, & nos poſt illos iniquitates eorum portamus.

V.AEDI.

Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum.

EX CALD.

[d] Scelerati homines qui peregrini ſeruierãt viris[e] pręclaris, dominati ſunt nobis, non fuit, qui de manu illorum nos liberaret.

V.AEDI.

In animabus noſtris afferebamus panem nobis à facie gladij in deſerto.

EX CALD.

Vitę noſtrę [f]periculo pro victu noſtro, panẽ adducebamus à facie ĩſequẽtis nos gladio,veniẽtis à parte deſerti.

V.AEDI.

Pellis noſtra quaſi, clibanus

EX CALD.

Pelles noſtrę,tanquam clibanus

EX CALD.

nus, nigræ factæ ſunt, propter famis oppreſsionem.

EX CALD.

Viro nuptæ fœminæ violatę fuerunt in Tſion à Romanis, et virgines in ciuitatibus Iehuda à Caldæis.

EX CALD.

Principes manibus illorum ſuſpenſi fuerunt, faciei ſenũ non habuere rationem.

EX CALD.

Adoleſcentes (ad agitandas) molas iuerunt, & pueri in ligneo patibulo corruerunt.

EX CALD.

Senes [g] à porta Senatorũ diſſipati fuerunt, & iuuenes ab ſchola canticorum ſuorum.

EX CALD.

Ceſſauit gaudiũ cordis noſtri, verſum eſt in luctum tripudium noſtrum.

EX CALD.

Cecidit [h] corona capitis noſtri, væ nobis, quòd peccauerimus.

Propter

V.AEDI.

nus, exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.

V.AEDI.

Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.

V.AEDI.

Principes manu ſuſpẽſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt.

V.AEDI.

Adoleſcẽtibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt.

V.AEDI.

Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro pſallentium.

V.AEDI.

Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.

V.AEDI.

Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis, quia peccauimus,

Propterea

V.AEDI.

Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum, ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.

EX CALD.

Propter ipſam domum ſanctuarij, quæ proſtrata eſt, euanidum eſt cor noſtrum, proter etiam ipſum populũ domus Iſrael, quòd illinc in exilium abierit, obtenebrati ſunt oculi noſtri.

V.AEDI.

Propter montem Sion quia diſperiit: vulpes ambulauerunt in eo.

EX CALD.

Propterea quòd mons Tſiõ, deſolatus eſt, vulpes ambulant in eo.

V.AEDI.

Tu autem domine inæternũ permanebis, ſolium tuum in generatione & generationem.

EX CALD.

Porrò tibi ipſi domine in æternũ habi tatio tua in cœlorũ altitudine, & ſedes gloriæ tuæ perpetuò permanebunt.

V.AEDI.

Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? derelĩques nos in longitudine dierum?

EX CALD.

Quare per ſecula obliuiſceris noſtri? deſeres nos in longitudinem dierum?

V.AEDI.

Cõuerte nos domine ad te, et conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio.

EX CALD.

Cõuerte nos ad te domine, & ad integram cõuertemur pœnitentiam, inſtaura dies noſtros in bonum, ſicut feciſti tempore dierum bonorum, qui olim fuerunt.

V.AEDI.

Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

EX CALD.

Quoniam præterquã quòd reprobando reprobaſti nos,

 nobis

EX CALD. | V. AEDI.

nobis iratus es vehementer. | menter.

EX CALD.

Conuerte(igitur)nos ad te domine: & ad integrã cõuertemur pœnitentiam,inſtaura dies noſtros in bonum, ſicut feciſti tempore dierum bonornm,qui olim fuerunt.

In cap. quintum paraphraſis
Scholia.

A. Vel occidentales,ſi mare à Caldæis,ſicut ab Hebræis,aliquando pro occidente accipiatur. Aut per maritimas ciuitates,intelligit ciuitates Caldæorum,quæ ſitæ erant uerſus ſinũ Perſicũ ad quas ex Iehudæis,ſine ſuis uxoribus amãdati fuerãt. B. Supple. Sarcinas hoſtium ferentes:inquit,interpres quidã hebræus doctiſsimus,cuius nomen,propter codicis ſcripti uetuſtatem,mihi incertum eſt. C. Vt ex. 4. Reg. 25. & Ieremiæ. 40. uſque ad. 44. cap. cõſtat. Reliquiæ populi occiſo Godolia,in Aegyptum ſe contulerunt, ut melius haberẽt. Potuerunt etiam nonnulli ad Aſſyrios ſe conferre, ad quos iampridem decem tribus amandatæ fuerant,à Salmanaſar Aſſyriorũ rege. D. Caldaicè filij ipſius furoris. E. Per uiros præclaros intellige magnates,& potentes,qui Cald. Viri nominis dicuntur hic. F. Cald. In anima noſtra. G. Quaſi dicat. Ceſſauit reddi ius in ædibus ad hoc conſtructis in porta ciuitatũ,à ſenioribus,qui,ut antiquorum Hæbræorum traditiones teſtantur,ſeptuaginta unus numero in Ieruſalem erant,tanquam ſupremi ſenatus ſenatores,eò quòd Numer. 11. legatur. Congrega mihi ſeptuaginta uiros,de ſenioribus Iſrael. Moſes autem ſuper illos erat,in cuius locum illo uita defuncto, unus ſufficiebatur,& ita 71. Erant. Illi tantiſper dum ſine rege fuerũt Hebræi,ſceptrum repreſentatabãt,& ab illis ſceptrum pendebat. Semper apud illos ſanciẽdi leges,& omnis iudicandi poteſtas fuit,etiam ſub regibus , & ducibus , illiſque deletis adhuc durabat illorum authoritas,ita ut nihil unquam, niſi illorum conſilio fieret. Eos Sanhedrin appellant,& eo uocabulo hic uſus eſt caldæus paraphraſtes,quod certè Græcum eſt, nam συνέδροι ſenatores,ſiue iudices dicuntur à uerbo συνεδρεύω præſideo. Sapientia, ſtaturæ grauitate,& authoritate, illos præſtare oportebat: non ſolùm ſenectute ut uenerabiles eſſent, quin & magicam artem perfectè callerent,ut conuincere , & iudicare poſſent incantamẽtis,& maleficiis ſuis fidentes,uerũ etiam ne opus eſſet illis aliquo interprete,ſeptuaginta linguas eos ſcire oportebat. Quo die aliquem morti addixerant, nihil guſtare eis licebat:ex illis tres de ciuilibus cauſis iudicare poterant,aliquem uerò morte damnare uiginti tres,nec pauciores. In tribum autem,aut ſceptrum,aut pſeudoprophetam,aut ſacerdotem magnũ,ſententia ferri non poterat, niſi à ſeptuaginta duntaxat ſenatoribus magni collegij. Ad illos à cæteris Iehuda ſubſelliis prouocare,& illos tanq̃ ſupremũ ſenatũ appellare licebat. Cùm porrò eligeretur in minoribus cõuentibus triũ & uiginti iudicum iudex(uiginti tres enim erant minores indices,in cæteris urbibus Iehuda,qui iura dicebant) neceſſe

erat ordinis totius ſenatorij Ieroſolymitani decreto illum iudicem eligi, trium, aut quinque ſenatorum manuum impoſitione, à quibus confirmabatur ille, aut nominis iſtitutione Rabbi uocabatur, ſed in tali iudicis electione quinque neceſſariò occiſis animalibus, lupo, leone, urſo, pardo, & ſerpente, à uiginti tribus iudicibus. Qua animalium occiſione exiſtimo illos ſignificanter oſtendere uoluiſſe eum, cui demandata eſt prouincia redendi unicuique quod ſuum eſt, omnino expertem eſſe debere naturæ illorum brutorum, nihilq́ue debere habere commune cum illis. H. Id eſt. Templum, in quo maximè gloriabamur, proſtratum eſt. ſceptrum quoquè regni ablatum eſt à nobis. I. q. d. Imperium tuum non obnoxium eſt tranſlationi, & uiciſſitudini, ſicut omnia imperia, & regna terræ: quiq́ue tecum ſunt, & qui apud te erunt, perpetuò durabunt.

יתןלנו י׳י לעשות הישר לעיניו כל ימי
חיינו אמן :

EXCVDEBAT MARTINVS IVVENIS ANN. M.D.
XLIX. XXIII. CAL. MAII.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google